



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Donare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

C.

cet noi
er Inn
ulla P.
tale, i
faciant
sæpius,
sionem.

necessit
tis ali-
possint
icendo
cætera
e, sine
non sit
e verò
possint
ficium
racerus
ratres
Matu-
manè
occu-
Com-
edunt
5.0

b cu-
12

DONARE.

135

ra Minorum degentes, non tenen-
tur sub peccato ad officium Defun-
ctorum, septem Psalmos, & canti-
cum Graduum: sicut nec ipsi Mi-
nores. Ex Leone X. art. 14.

Probabile est, Minores teneri cer-
tis diebus ad Officium B. Mariæ in
choro, per antiquam consuetudinem
Ordinis præscriptam, ex mente P^y
V. ibidem.

DONARE.

Vide Eleemosyna.

Donatio, est datio liberalis siue
irreddibilis, id est, recompen-
sationem non intendens. Vel est
rei licite, nullo iure cogente, mera
liberalitate facta collatio. Estque
Duplex, videlicet inter viuos, &
causa mortis. Donatio inter viuos
est, quando rem, quam dono, malo
habere eum, cui dono, quam me.
Donatio causa mortis est, quando
rem, quam dono, malo me habere,
quam illum, cui dono, sed magis
illum, quam hæredem. Hæc est re-
uocabilis, illa irrevocabilis. Ex iure
tom. 2. q. 47. art. I.

Donatio omnium humorum præ-

I 4 sen

236 DONATIO.

sentium, & futurorū licet iure ciui-
li non valeat, valet tamen per Ca-
nones, facta Ecclesiæ, aut pio loco
principaliter, sed eiusmodi Eccle-
sia, aut locus tenebitur ad debita,
& alimenta donantis. Dixi princi-
paliter: nam licet donarentur om-
nia bona præsentia & futura Titio,
v. g. ea lege ut alicui Monasterio
faceret eleemosinam, donatio eius-
modi non teneret. art. 2.

Per Clementem VII anno 1599.
prohibiti sunt Regulares donare;
intelligendum tamen est de donis
gratiosis, non remuneratoriis sem-
per licitis, conformibus legi natu-
ræ, modò non vitientur simonia.
art. 3.

Fratres Minores nunquam pos-
sunt dare nisi concurrentibus qua-
tuor ex Nicolao III. & Leone X.
Primò, res debet esse utilis deter-
minata à Superiore. Secundò, ne-
cessaria est licetia Prouincialiū, non
Guardianorum, nisi ex consuetudi-
ne, quæ iam videtur esse in usu, &
in minimis sufficit generalis, & in
præsumpta licentia. Tertiò, quod
res donanda sit mobilis, ex immo-
bilibus

DONATIO. 137

bilibus enim, putà de horto, domo,
&c. facta donatio, est nulla. Quar-
tò, res donanda non debet esse pe-
cunia, cùm illius usus sit illis inter-
dictus. Eadem licentia requiritur
ad acceptandam à potente dona-
re, attamen ad recipiendum videtur
sufficere præsumpta licentia, quæ est
quando id quod donatur ipso Fratri,
est necessarium, statuique, ac Re-
gulæ consentaneum. art. 4.

Donationes Nouitiorum, etiam
cum iuramento ob causam piam
factas ante completum decimum
mensem Nouitiatus, quæ alias se-
cuta professione confirmantur, Con-
cil. Trident. sess. 25. De Regularibus
capite 16. annullat & irritat. Quod
extenditur etiam ad donationes
factas ante ingressum, intuitu
tamen ingressus Religionis. articu-
8. & 9.

Donatio causa mortis facta à No-
uitio valet, cùm talis non possit au-
ferre libertatem ad vouendum, vt
pote reuocabilis. art. 10.

Professione facta, sed irrita exi-
stente, si reclamet intra quinquen-
nium, sicut irritatur professio; sic

I 5 & om

& omnis donatio, si facta sit secundum formam *Conc. Trident. art. 12.*

Ad tollendam omnem doli suspicionem, expressè mandat *Conc. Trident. donationem secundum eius formam debere fieri de licentia Episcopi, aut eius Vicarij. art. 14.*

Hæc de donatione Novitiorum, sicut & alia contenta in citata *Sess. de Regulari. non comprehendunt Iesuitas, ut expressè ibi dicitur. art. 16.*

D O S.

Vide Alimenta, Monasterium.

Oncil. Trident. *sess. 25. De Regularibus, cap. 3.* definiens nullum Monasterium debere habere plures, quām ut commodè ex redditibus, aut consuetis eleemosynis ali possint, intelligit plures indentatos aleandos expensis Monasterij; vnde licet recipere plures cum dote sufficiente pro sua sustentatione, sed caueri debet simonia, cūm plerumque accipiantur munera in ritu receptionis, non sustentationis necessaria. *tom. 2, q. 48, art. 1.*

Si